

Mazalová, Lucie

Historiografie

In: Mazalová, Lucie. *Čítanka snadných textů ze středověké latiny*. 1. vyd. Brno: Masarykova univerzita, 2014, pp. 21-25

ISBN 978-80-210-6969-5; ISBN 978-80-210-6972-5 (online : Mobipocket)

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/130506>

Access Date: 01. 12. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

III. Historiografie

Středolatinskou historiografii zde zastoupí dvě kroniky, které spadají do nejstaršího období českolatinšské literatury. První z nich – *Cosmae Pragensis Chronica Bohemorum* – sepsal v prozimetru kronikář a historik, kanovník a později děkan pražské kapituly Kosmas (Cosmas, asi 1045–1125). Kroniku rozdělil do tří knih, avšak nedokončil ji a závěr třetí knihy je někdy považován za začátek čtvrté knihy. Kosmas začíná popisem nejstarších období českých dějin a líčení dovádí až do r. 1125 a končí informací o nastoupení knížete Soběslava.¹¹ Z této kroniky uvádím jako ukázkou proslulé Libušino proroctví a pověst o moravském králi Svatoplukovi.

Další ukázky pocházejí z veršované (většinou v hexametrech) *Kroniky kláštera Žďárského – Chronica Domus Sarensis*, jejímž autorem snad mohl být Jindřich Řezbář (také Jindřich ze Žďáru).¹² Dílo pojednává o období od r. 1252 do konce 13. st. a je prvním u nás, které bylo od počátku myšleno jako klášterní kronika.¹³ V jedné ukázce se z toho důvodu seznámíme s částí autorova prologu, z něhož je tato jeho snaha evidentní. Další ukázka obsahuje několik úvodních zmínek o příchodu zakladatelky kláštera – Sybilly.

Cosmae Pragensis Chronica Bohemorum

Liber I, cap. 9 – Libušino proroctví o založení Prahy

Inter hec primordia legum quadam die predicta domna, phitone concitata, presente viro suo Primizl et aliis senioribus populi astantibus sic est vaticinata:

Urbem conspicio, fama que sydera tanget,
est locus in silva, villa qui distat ab ista
terdenis stadiis, quem Wlitaua terminat undis.

Hunc ex parte aquilonali valde munit valle profunda rivulus Bruznica; at australi ex latere latus mons nimis petrosus, qui a petris dicitur Petrin, supereminet loca. Loci

11 Tyto základní informace podávají: SPUNAR, P. Cosmas. In SLS, s. 198. NECHUTOVÁ, J. *Latinská literatura*, s. 66–69. K datu narození a úmrtí TŘEŠTÍK, D. *Kosmas*. Praha: Svobodné slovo, 1966, s. 40 a 49.

12 J. Ludvíkovský v úvodní studii ke své edici (*Cronica domus Sarensis. Maior et minor*. Třebíč: Blok, 2003, s. 7–16. ISBN 80-239-0494-9), kde vyvrací předchozí ztotožnění autora kroniky s Jindřichem Heimburškým, které prosazoval J. Emler.

13 NECHUTOVÁ, J. *Latinská literatura*, s. 85.

autem mons curvatur in modum delphini, marini porci, tendens usque in predictum amnem. Ad quem cum perveneritis, invenietis hominem in media silva limen domus operantem. Et quia ad humile limen etiam magni domini se inclinant, ex eventu rei urbem, quam aedificabitis, vocabitis Pragam.

(*Die Chronik der Böhmen des Cosmas von Prag*. Herausgegeben von B. Bretholz. Dotisk podle vydání z r. 1923. München: MGH, 1980, s. 18–19. ISBN 3-921575-31-1.)

Slovní zásoba

Phito (Pytho, Phyto), onis, m. – duch ovládající většce

assto = asto, are, stiti, —

vaticinor, ari, atus sum – věštit

sydus = sidus, sideris, n. – hvězda

terdeni, ae, a – 30

aquilonalis, e – severní

vallis, is, f. – údolí

australis, e – jižní

latus, lateris, n. – strana, bok

petrosus, a, um – skalnatý

superemineo, ere (+ ak.) – vyčnívat (nad něco)

in modum – na způsob

porcus, i, m. – prase, vepř

amnis, is, m. – řeka

Liber I, cap. 14 – Jak si Svatopluk uvědomil svoji vinu a stal se poustevníkem

Anno dominice incarnationis DCCCLXXXIII. Borivoy baptizatus est, primus dux sancte fidei catholicus. Eodem anno Zuatopluk, rex Moravie, sicut vulgo dicitur, in medio exercitu suorum delituit et nusquam comparuit. Sed revera tum in se ipsum reversus, cum recognovisset, quod contra dominum suum imperatorem et compatrem Arnolfum iniuste et quasi inmemor beneficii arma movisset – qui sibi non solum Boemiam, verum etiam alias regiones hinc usque ad flumen Odram et inde versus Ungariam usque ad fluvium Gron subiugarat – penitentia ductus medie noctis per opaca nemine sentiente ascendit equum et transiens sua castra fugit ad locum in latere montis Zober situm, ubi olim tres heremite inter magnam et inaccessibilem hominibus silvam eius ope et auxilio edificaverant ecclesiam. Quo ubi pervenit, ipsius silve in abdito loco equum interfecit et gladium suum humi condidit et ut lucescente die ad heremitas accessit, quis sit illis

ignorantibus, est tonsuratus et heremitico habitu indutus et quamdiu vixit, omnibus incognitus mansit; nisi cum iam se mori cognovisset, monachis semetipsum, quis sit, innotuit et statim obiit.

(*Die Chronik der Böhmen des Cosmas von Prag*. Herausgegeben von B. Bretholz. Dotisk podle vydání z r. 1923. München: MGH, 1980, s. 32–34. ISBN 3-921575-31-1.)

Slovní zásoba

incarnatio, onis, f. – vtělení

baptizatus, a, um – pokřtěný

dux, ducis, m. – kníže

delitescio (delitisco), ere, delitui, — – skrývat se, schovávat se

compater, tris, m. – kmotr

versus – směrem k

opacum, i, n. – stinné místo

heremita (eremita), ae, m. – poustevník

inaccessibilis, e – nepřístupný

ops, opis, f. – prostředky, pomoc, podpora

ecclesia, ae, f. – kostel

abditus, a, um – odlehlý, skrytý, tajný

condo, ere, didi, ditum – uschovat, uložit, ukrýt

tonsure, are, avi, atum – oholit

innotesco, ere, notui, — – učinit známým, oznámit

Cronica Domus Sarensis

De fundacione domus ecclesie Sarensis et cetera

Anno, quo Dominus est incarnatus, in ipso
milleno nec non trecenteno subeunte
Heinrici modici modicus fit prologus iste
ad monachos in Sar maiores atque minores,
ad iuvenes et grandevos, pueros et adultos,
quomodo fundatus inprimis sit locus iste.
Hinc rogo te, lector, non inspice simplicitatem
metri, sed sensus adtendas integritatem.

Quamvis sit stilus simplex et rudibus aptus,
sunt tamen hec verba mea vera, fide quoque digna.

Nunc vobis scribo, presentibus atque futuris,
qui fratres estis eritisque perhenniter istic.
Omnes prelatos hic in Sar scribere conor,
ecclesiam qui rexerunt hanc atque fuerunt
hic provisosores, abbates sive priores,
qualiter electus fuit iste vel ille vel unde,
que sub temporibus ipsorum contigerintque.
Quomodo sit domus hec fundata, per omnia dicam
et fundatores, tam natos quam genitores,
qui fundaverunt hanc et nobis tribuerunt
predia larga satis – hoc salvet fons pietatis! –,
omnes narrabo cum fundatricibus usque
tempus ad Arnoldi, qui post decimum fuit abbas.
Tempore sub cuius hec omnia facta notavi
atque meis scriptis, ut cernitis, insinuavi
ac fundatoris Zmilonis tempore nostri. (...)

(*Cronica domus Sarensis. Maior et minor.* Ed. J. Ludvíkovský. Třebíč: Blok, 2003, cap. 1, s. 20.
ISBN 80-239-0494-9)

Slovní zásoba

incarno, are, avi, atum – vtělit

monachus, i, m. – mnich

locus, i, m. – zde: konkrétní místo nebo budova

stilus, i, m. – způsob psaní, sloh

rudis, e – nevzdělaný, neznalý, nezkušený

perhenniter (perreniter) – věčně

prelatus = praelatus, i, m. – představený, prelát

ecclesia, ae, f. – klášter

provisor, oris, m. – správce

abbas, atis, m. – opat

domus, us, f. – klášter

per omnia – po všech stránkách, úplně, v každém ohledu

predium = praedium, ii, n. – statek

salvo, are, avi, atum – spasit
 Arnoldus – opat v letech 1294–1309¹⁴

Quomodo Sybilla venit ad terras istas

Cum dominus Wentzeslaus rex nomine quartus
 duceret uxorem fueratque filia regis
 Phylippi quondam, qui natus erat Friderici,
 ipsa etiam virgo Chunigundis erat vocitata;
 que secum multas mulieres atque puellas
 duxit, diversas res cum magno comitatu.
 Inter quas eciam felix fuit illa Sybilla,
 per quam fundata est domus hec et per Prsibizlaum,
 qui dominus tandem Sibillam duxit eandem.
 Nam primum dicto Bohucho nupserat ipsa,
 post mortem cuius domino nupsit Pribislao. (...)

(*Cronica domus Sarensis. Maior et minor.* Ed. J. Ludvíkovský. Třebíč: Blok, 2003, s. 22–24.)

Slovní zásoba

Sybilla – přišla do Čech kolem r. 1210¹⁵

Chunigundis (Chunegundis), is, f. – Kunhuta, z rodu Hohenstaufského, byla zasnoubena s pozdějším králem Václavem II. již od jeho dvou let¹⁶
 comitatus, us, m. – průvod

14 Z komentáře M. Zemka v *Cronica domus Sarensis*, s. 113.

15 Tamtéž.

16 Tamtéž.